

257,3. x

SOLEMNIA

QUIBUS

DIE X MENS. OCT. HORA X MATUTINA

IN AULA GYMNASII VITEBERGENSIS

IPSE

DIRECTORIS

D. LUDOVICUS BREITENBACH

PRAECEPTORIS MUNUS

AUSPICATORUS EST

HAC PROLUSIONE

EA QUA DECET OBSERVANTIA

INDICIT


HERMANNUS SCHMIDT

PHILOS. DOCTOR ET ARTIUM LIBERALIUM PROFESSOR.

TYPIS OFFICINAE VITEBERGENSIS.

1842.

qui
34 (1842)





S O L E M N I A
D R E I G E T O U R I A
D E L D O U T I C H A R I T A T I O N I
T R A T C H R O N I C H E
E Z O L U S O Z

N 8 8 1



De verbi graeci et latini doctrina temporum.

Philippus Melanchthon in Graeca, quam scripsit, grammatica *) ad temporum doctrinam accedens hoc, inquit, opus hic labor est secernere tempora. Quod quam vere sit dictum, abunde intelligi inde potest, quod in nulla grammaticae parte aut saepius a viris doctis aut gravius, quam in illa ipsa, quae ad naturam et usum temporum pertinet, peccatum est. Et veterum quidem magistrorum ac plerorumque, qui separatim hunc locum tractaverunt postea, errores quum convicisse nobis videamus in historica, quam quatuor deinceps particulis edidimus, doctrinae temporum expositione, nunc praeter omissam ibi Wagneri, professoris olim Marburgensis, de temporibus verbi commentationem pervulgatarum praecipue apud nos grammaticarum praecepta accuratius paullo examinare statuimus. Profectus Wagnerus**) a verbo substantivo *sum* ad hanc praesentis formam, ait, dupli modo et praeteritum et futurum cogitari relatum posse primum ita, ut utriusque temporis termini h. e. praeteriti finis et futuri initium in praesentis illius sive terminos sive spatium incident, quo facto has oriri formas temporum

fui — sum — ero;

deinde ita, ut utrumque illud tempus prorsus secumtum ac separatum a praesenti sit. Tum, quia futuri huius non exstet singularis quaedam designatio, has formas evadere:

eram — sum — ero.

Quum vero illud quoque temporis spatium, quod posteriori praeteriti et futuri generi praecedat, animo comprehendendi et notari possit, id quod plusquamperfecto *fueram* et futuro exacto *fuerio* fiat, haec omnino in latina lingua statui tempora posse notata esse

fueram — eram — fui — sum — fuerio — ero.

In hac autem temporum serie, qua percommode ita sese excipiunt singula, ut ex tribus eorum paribus praecedens quodque ut fundamento suo nitatur sequenti, desiderari vides *ero* illud, quod quum eodem plane modo atque praeteritum *fui* ad praesens *sum* pertinere dictum esset non magis quam hoc, ut constaret ratio, videtur omitti potuisse. Recepto autem illo in reliquorum seriem

fueram — eram — fui — sum — ero — fuerio — ero
mirum plane illud vides accidere, ut, quem male conclusa ratio suppeditabat satis idoneum temporum ordinem, is postquam rectam eius loco conclusionem substituimus, turbatus prorsus neque ullo tamen compensatus sit alio. Pertineat igitur huc necesse est Ciceronis illud: si consequens aliiquid falsum sit, cuius id consequens sit non posse verum esse. Neque sunt profecto vera, quae sumpsit Wagnerus antea, sed duobus et iis quidem, quibus tota temporum ratio pervertitur necessario, praedita vitiis. Etenim duas illas praeteriti et futuri for-

*) Editionibus utor ab Ioanne Secerio a. 1521 et a Camerario a. 1558 curatis.

**) Opuscula academica. Vol. I. p. 146—166.

mas, quarum, si illum audis, finis unius, alterius initium, si verum quaeris, utriusque conditio in praesens tempus incidit, non constat esse *fui* et *ero*, sed *fui* et *futurus sum*, quo accedit illud, quod duae, quibus tempora omnino dividit a grammaticis solent, rationes mixtae inter se a Wagnero atque confusae sunt. Quum enim praesens tempus tripartito partiri cooperit ita, ut infecto tempori non praecedens tantum, sed succedens etiam tempus adiunxerit *fui sum ero (futurus sum)*, praeterito contra et futuro satis duxit tribuere bina tempora *fueram eram* et *fuero ero*. Quapropter si constare ille sibi voluisse et posteriorum quoque temporum infectis *eram* et *ero* praeter praecedens seu perfectum addidisset succedens seu inchoandum, hic plenus atque integer evasurus fuisset temporum ordo:

<i>fui</i>	<i>sum</i>	<i>futurus sum</i>
<i>fueram</i>	<i>eram</i>	<i>futurus eram</i>
<i>fuero</i>	<i>ero</i>	<i>futurus ero.</i>

His confectis transeamus ad *Philippum Buttmannum*. Is postquam docuit, imperfecto designari rem eodem tempore factam, quo rem aliam, quae illustretur illa *), ita de hoc tempore disserere pergit: Das *Gleichzeitige*, was man als Bestimmung des Erzählten beibringt, wird selten etwas anders als etwas *Dauerndes* sein („alles schließt; da ertönte ein Geschrei“); und auch wenn es etwas ganz Momentanes ist („ich *hat* eben meinen Mund auf, ihn zu rufen; da trat er herein“) so kann man sich es doch nicht füglich anders denken, als dass es einen Moment vorher begonnen. So verbindet sich mit dem Imperfect von selbst der Begriff der *Dauer*, und, im Gegensatz desselben, mit dem Aorist der des *Momentanen*. Hieraus entstand ein zweiter Sprachgebrauch, vermöge dessen das Imperfect auch im Fortgang der Erzählung nicht als gleichzeitige Bestimmung des Aorists, sondern abwechselnd mit demselben eintritt, so oft das erzählte Factum selbst in der Dauer dargestellt werden soll.“ Ergo quia imperfectum significat rem eodem tempore factam quo alia, cuius accuratius definienda causa commemoratur illa, hoc autem fieri non potest nisi accedat diurnitatis notio, inde Buttmannus vult effici, posse interdum imperfecto significari diurnitatem rei, quae non sit facta eodem tempore quo alia. Quae quidem argumentatio si vera esset, iure quis posset hanc quoque rationem concludere: Sapiens est honestus, honestati adiuncta est felicitas; potest igitur sapiens etiam sine honestate interdum felix esse. Nimirum ex hoc ipso argumentationis vitio intelligere debebat Buttmannus, non se a rei eodem tempore factae sed a diurnitatis notione proficisci debuisse, quamquam ne hanc quidem veram et primariam imperfecti notionem esse ostendimus alibi (*Doctr. tempp. part. IV. p. 48.* **)

*) Gram. Gr. §. 124. „Aber mitten in der Erzählung müssen zuweilen die Umstände, unter welchen *damals* die Sache geschah, erwähnt werden; dies geschieht durch das Imperfect.“

**) *Naegelesbachius* in excusuum, qui annotationibus eius in primos Iliadis libros adiecti sunt, decimo non satis habens omnino vindicare imperfecto diurnitatis vim, plusquamperfecti etiam modo eam in hoc tempore manere interdum vult *post actionem*. At quum eo ipso constet imperfectum differre a plusquamperfecto, ut praesentes nos cogitemus ibi *actioni* hic sequenti actionem condi-

Fridericus Thierschius, cuius nunc in medium prodeat ratio, postquam non praeteriti tantum sed praesentis quoque atque futuri statuit aoristos esse, de praesentis quidem aoristi

tioni utique ibi in medias res nobiscum rapiamus, hic in eventum earum constituamus eos, qui audiunt, nisi temere summaque cum libidine statuimus Graecos temporibus usos esse, talem vim imperfecto tribuere nullo pacto poterimus, sed dicemus potius, in locis allatis a Naegelsbachio cerni eandem, quam in aoristi usu animadvertisimus, „Graeci sermonis proclivitatem ad orationem ex eo tempore, quo aut collocatus est aut singit se collocatum loquens, traducendam ad id, quo ipsa res accidit, tempus.“ Hac ego potissimum ratione ductus viginti abhinc annis, quum bonis litteris operam dabam Lipsiae, suspicabar vitium latere in verbis, quae leguntur apud Sophoclem Oed. Tyr. v. 1273

ὅθούνετο οὐκ ὄφειτο νῦν,
οὐδὲ οὐλέποντο, οὐδὲ σπονδαί πάσαι
ἀλλὰ οὐ σχότη τὸ λοιπόν οὐδὲ μὲν οὐδὲ σπεῖ
δύνατον, οὐδὲ δέχονται οὐ γνωστότερον.

Difflsus tamen mihi met ipse consulebam *Godofr. Hermannum*, qui occupatus tum maxime in secunda huius fabulae editione Erfurdtiana curanda, auditis rationibus meis, nam altera etiam illa accedebat, quod sententia illis verbis expressa putida mihi videbatur atque inepta esse, statim vitio laborare locum aiebat certum esse, interrogatus autem, utrum Graecis in usu fuissest forma ὄφειτο, quae optimam effectura esset sententiam, primum negabat, paucis vero diebus postea, quum iterum eum conveniebam, non prorsus ab ea abstinuisse Graecos, ostendebat ex locis, quos Lobeckius concessit Phrynicum. Recepta deinde haec conjectura in verborum ordinem ab aliis, repudiata ab aliis est. Mihi vero etiamnum ea videtur certissima esse. Primum enim imperfecta illa ἐπισχόντος et ἔδρα propter causam supra allatam non possent, ut Brunckius censem, verti: illos non visuros esse nec quae *passus esset* nec quae *patrasset* mala, sed ita potius: illos non visuros esse nec quae *pateretur* nec quae *patraret* mala, quam sententiam minime appetat cadere in locum illum. Deinde duae illae, quae tota verborum comprehensione expressae sententiae sunt, dupli modo insulse prorsus atque intolerabiliter inter sese oppositae forent; nam neque *zazā* illa tolerata ab Oedipo et facta, quae manifesto nulla possunt praeter patrem ab ipso occisum, matrem incesto pollutam, liberos ex hac procreatos esse, ipsis liberis et parentibus patet opponi posse, et qui diceret ὅτι θαλμὸν οὐκ ὄφειτο ἀλλὰ οὐ σχότη ὄφειτο, quid, queso, ille diceret nisi, oculos non visuros sed non visuros esse. Scio equidem et dici posse et dictum esse οὐκ ὄφειτο οὐδὲν ἀλλὰ οὐ σχότη οὐδὲν, nego autem, unquam a quoquam dictum esse οὐκ ὄφειτο ἀλλὰ οὐ σχότη οὐδὲν. Accedit, quod ei sententiae, quam futuri forma efficit, vix apte videtur pronomen *τουτά* praeponi potuisse. Caeterum revera Graecos aoristo medii verbi ὄφειτο usos esse, nunc Zenobii quoque apud *Favorinum* (Dind. Gr. Gr. p. 336) testimonio confirmare licet. Reliqua autem est alia etiam, qua horum versuum intelligentia obstructa est, difficultas. Qui enim significati sint verbis οὐδὲ οὐκ οὐδὲ ξεῖται et οὐδὲ δέχονται, dubitant interpretes. Et scholiastae quidem opinio, pertinere ea ad *omnes* caecos; qui enim visu careant, eos saepe incidere in eos, in quos nolint neque videre eos, quos cupiant, tam manifesto falsa est, ut illum ipsum credam in eam adductum esse nulla alia causa nisi quod *zazā* illa sensit parentibus liberisque Oedipi nullo pacto opponi posse. Ex recentioribus autem aliis, ut *Solgerus* et *Thudichum* haec verba ad solos liberos, alii, ut *Hermannus*, ad solos parentes, alii denique, ut *Wunderus*, partim ad liberos partim ad parentes referri volunt. Et tantum quidem mihi extra omnem controversiam videtur possumus esse, recte censere Hermannum, verbis οὐδὲ ξεῖται et δέχονται non quae eo, quo Oedipus loquens inducitur tempore, neque oculi videre *debeant*, et ipse videre *cupiat*, sed quae *olim* neque *debuerint* illi et *cupiverit* ipse videre, indicari posse, recte etiam contra eum a Wundero monitum esse, solis verbis οὐδὲ δέχονται parentes, antecedentibus autem liberos significatos esse. At unus tamen isque communis omnium interpretum mihi videtur error reliquus esse. Etenim

usu docet haec: Es (tempus praesens) bezeichnet entweder das bestimmt Gegenwärtige (praesens definitum) wie das angeführte (*εἰν ὁ σὺ σχολάξεις, οπούδαίως ἐγώ ἔστησα*) oder das unbestimmte (indefinitum, *ἀόριστον*) wenn ich es zur Angabe von Eigenschaften gebrauche, die in einem Gegenstande ruhn oder thätig sind, ohne zu bestimmen, ob sie eben jetzt ihre Thätigkeit äussern: *τὸ πῦρ καίτι, ὁ ἥλιος λάμπει, ἡ στάσις διαφθείρει τὰς πόλεις* *); de praeterito autem aoristo haec: Das Erinnern an vergangene Dinge kann auf eine zweifache Art geschehen: entweder gedenken wir einer Sache, um betrachtend bei ihr zu verweilen, oder um sie nur an dem Gemüth vorüberzuführen, ohne die Vorstellung davon weiter unterhalten zu können oder zu wollen.... Im ersten Falle erscheint die Vergangenheit als *dauernd*: wir denken nicht nur einen Moment an das Vergangene, sondern lassen es verweilend vor unserer Seele noch einmal geschehen. Die Sprachen bezeichnen es durch das *Imperfectum*, was eben nach dem Vorigen die unvollendete oder dauernd gedachte Vergangenheit bezeichnet. Im zweiten Falle erscheint die Vergangenheit als *ohne Dauer* vorübergehend: wir erwähnen nur, dass es geschehen sei, ohne uns über das Geschehene selbst ausbreiten zu können. Zur Bezeichnung dieser *dauerlosen* Vergangenheit und eben deshalb der Nebenumstände und Hülfsbegriffe bei einer Erzählung bedient sich die griechische Sprache der Aoristen, die lateinische und deutsche in Ermangelung einer eigenen Form dafür des Perfects.**) Ut omittam vero, neque perfecto a nostratis significari aoristi notionem et in singulis fere scriptorum paginis refelli eam opinionem, qua secundariae tantum res dicuntur aoristo efferri, vide mihi, quantopere vir doctus secum ipse hac doctrina pugnaverit. Quum enim primum aoristi vim dixerit cerni in iis sententiis, quae totam completantur perpetuitatem temporis, ut *πῦρ καίτι, ὁ ἥλιος λάμπει*, postea idem ille id ipsum vult proprium aoristi esse, ut ne minima quidem temporis diuturnitas designetur eo. Quae quidem praeceptorum repugnantia orta inde est, quia cum omnibus fere recentioris aetatis grammaticis aoristus tributus ab eo est praesenti h. e. ei tempori, cuius natura aoristi notio-

oculis aperte Oedipus neglecti officii irrogaturus poenas est, id quod *Chr. Wilbrandt* in comminatione patrō sermone de Oedipo rege scripta, bene designavit his verbis: „So erkennt das erwachte geistige Princip dem sinnlichen die Strafe der Vernichtung zu.“ Atqui si dicit ille, oculos, sive quos cuperet seu quos cupivisset, non agnituros esse, non ab oculis patet, sed ab Oedipo ipso vel potius ab ea Oedipi parte, quae dannat oculorum flagitium, poenas dici repetenda esse. Postulare igitur videtur ratio, ut, quemadmodum verbis *οὐς μὲν ἔδει* dictum est, quid non debuissent oculi facere, sic verbis *οὐς δέχογεν* indicetur, quid facere debuissent. Huius autem verbi *χρήσιν* significationis testem quum ipsum adhibere possimus Sophoclem, qui *Oed. Col. 1713* Antigonam loquentem facit *μὴ γά τι ξένες θανεῖν ἔχογες* h. e. scholiasta duce *μὴ ὄφελες θανεῖν*, non est cur dubitemus, totum illum, in quo explicando versamur, locum sic interpretari: quia non vidissent, neque quae passus esset neque quae patrasset mala, at in tenebris posthac quos non debuissent videre h. e. liberos visuros, *quos vero debuissent* h. e. parentes, non agnituros esse.

*) Gr. Gr. p. 508.

**) Ibid. p. 514.

ni, quoniam docunq; definimus eam, refragatur quam maxime. Paullo post p. 516 ille de singulari praeteriti aoristi usu ita loquitur: Auch kommt viel auf die Art der Darstellung an, ob etwas *dauernd* oder *dauerlos* in der Rede erscheinen soll, und die epische Poesie hat oft Imperfecte, wo die Prose als bei unbedeutenden Momenten der Handlung Aoriste braucht, und so umgekehrt.“ Quae etsi parum perspicue dicta sunt, tantum tamen apparet, opinari Thierschium, a poetis significari posse actionis diuturnitatem, qualis cogitetur ab ipsis, reliquis scriptoribus significandam eam esse, qualis re vera sit et per se ipsa. At et universae linguae constat proprium esse designare res, non quales sint, sed quales cogitentur, et Horericus temporum usus nihil prorsus differt a vulgari, de qua re fusius a nobis disputatum est in Doctr. temp. part. IV p. 16—20.

Accedimus ad grammaticam Rostii, qui de aoristis disserit ita: Der Aorist bezeichnet den Eintritt eines vergangenen Ereignisses in die Wirklichkeit und somit die Vollendung desselben, aber ohne Rücksicht darauf, welche Zeit während der Entwicklung desselben bis zur Vollendung verflossen, und ob eine nachhaltige Wirkung dadurch erreicht worden ist. Daher dient der Aorist zum Ausdruck alles dessen, was aus der Vergangenheit als dauerlos (momentan) und auf keine bestimmte Zeitfrist beschränkt erwähnt werden soll. Demnach ist er von den Griechen vorzugsweise als erzählendes Tempus gebraucht worden, indem bei der Erwähnung vergangener Ereignisse es hauptsächlich darauf ankömmt, auszusprechen, dass sie einst waren, ohne Rücksicht darauf, wie lange sie bestanden und welche Folgen sich daraus entwickelten. — Entgegengesetzt dieser Bedeutung des Aorists ist die des Imperfects, welches ausdrückt, dass eine Handlung fortduerte, während etwas anderes geschah, und daher gebraucht wird, um vergangene Zustände entweder als dauernd zu bezeichnen, oder nach ihrem ganzen Verlaufe zu schildern. Multis vero haec nominibus reprehendenda sunt. Etenim primum non intelligitur, cur, quia initium actionis significetur aoristi forma, idcirco perfectionem quoque eius significari eo necesse sit, nisi forte verbis inchoativis etiam dicamus, propter inchoandi notionem contineri simul perficiendi vim. Deinde quo differre ille existimat aoristi perfectio- nem a vere perfectis temporibus, id ad ullum utriusque temporis discrimen statuendum haud-quaquam accommodatum est. Etenim omnino aliquod temporis in actione consumptum esse, id aoristo non minus quam perfecto indicari potest, ut Xenophontis illis, quae Rostius ipse commemoravit postea, verbis: *Κῦρος μέχθι μὲν δύσκεται ἐτῶν τῇ τῶν Περσῶν παιδεῖα ἐπαυδεύθη*, quantum autem temporis expleverit actio, id ex perfecto non magis appetet quam ex aoristo. Tum cur res olim factas narrantis non interesse debeat, aut quam diu illae fuerint aut quid inde consequutum sit, commemorare, non facile intelligitur. Denique Rostius, quum manifesto aoristum si non vere opposuerit at voluerit tamen opponere perfecto, subito tamen, tanquam non cogitaverit prorsus de perfecto, huic aoristi significationi contrariam esse ait imperfecti vim. Huc adde, quod ille, quum p. 570 docuerit, brevitatis celeritatisque notionem non ex veritate sed ex loquentis cogitatione suspensam esse, paullo post tamen insolitum et a consuetudine recentem temporum usum docemur eum esse, quum, ubi perfectum

et imperfectum exspectemus, positus sit aoristus idcirco, quia saepe in loquentis arbitrio possumus sit, diuturnam rei conditionem oratione exprimere ita, tanquam brevis fuerit.


Reliqua est *Raphaelis Kuehneri* doctrina. Ea vero quum pluribus, quam quae breviter refelli possint, laboret vitiis, brevitatem autem haec scribendi occasio imperet, in alias temporis opportunitatem universam eius censuram differre placet.

et imperfectum exspectemus,
suum sit, diurnam rei con-

Reliqua est *Raphaelis*
refelli possint, labore vitiis,
poris opportunitatem univer-

in loquentis arbitrio po-
brevis fuerit.

us, quam quae breviter
imperet, in alias tem-



© The Tiffen Company, 2007

